



Carolus filius fuit Balduini decimi quinti co-
 mitis Flandriæ. Hic post patrem suum ob ua-
 rias corporis & animi uirtutes Comitatum obti-
 nuit, & contra omnes aduersarios fortiter defen-
 dit. Erat etiam bonorū egregius patronus, & ma-
 lorū acerrimus persecutor. Cum itaq; anno Chri-
 sti 1126. maxima fames apud Flandros oriretur, ma-
 gna misericordia affectus, pauperes mirum in mo-
 dum fouebat & nutriebat. Vtuit etiam, graui pœ-
 na proposita, ne eo tēpore ex frumēto ceruisia cō-
 ficeretur, aut ut canes alerētur. itaq; omnes canes
 occisi sunt. Contigit autem concurrentibus undi-
 que ad principem pauperibus, ut uno die septem
 millia & octingentos panes cum plurimis uestimentis & multa pecunia ipsis
 distribueret, ita ut ab omnibus pauperum patronus & patrię pater diceretur.
 Cum hac ratione iustitiam omnibus ex æquo administraret, nobilium factio-
 ne seditio quædam orta fuit. In ea Carolus precibus in templo intentus truci-
 datus est. Verum sicarij illi omnes deprehēsi, & extremo supplicio af-
 fecti sunt. Carolus uerò solenni pompa sepulturæ traditus, ma-
 gnum sui desiderium apud omnes bonos reliquit,